


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369430-p0001-8

Aperit viam ferro, qui per contraria transit. Bald. ex quo hoc
citat Gor. d. leg. ad l. 19. n. 22. ff. V. S.

Proprium legum ē claritas. Novel. 107. c. 1. in princ.
Leges oībus semper unâ eâdemq; voce loquuntur. Cic. lib. 2. offic.
Subtilitati juris utilitatē interdū pferri tradit Duar. ad. l. 1. §. fin. D.
ff. acq. poss.

(Regula illa, Contra negantem principia non ē disputandum; inde fluxit, q
principia in disciplina cujus sunt principia non admittant demonstraōem
& q sibi invicem non repugnet. & q sint pptlia & immota. Si n.
contra negatē principia adhuc disputandū est, procederet disputaō
in infinitum, & appetitus cognoscendi nullū terminū assequi poet, verumq
illud esset; Oīa sunt incerta, nihil scivisse perinde est.)

N. Fictiones ita inducendae sunt, ne nām ipsam destruamus, atq; ita
adsequamur tandem, ut subiectū desit, cui point adcommodari.
Etenim nulla fictio p se subsistit, sed oēs in nā tanq in subiecto
consistunt. Et fictiones nihil aliud sunt q nae imagines, qb. veritas
adumbratur: nam imitari dicuntur in §. 4. I. ff. adopt. Quare
in iis tantum locū hnt, q per verū nam ita se habere possunt.

Adde l. 14. D. Locat. cujus argto hanc regulā approbant alii.

N. Illud et in jure dr beneficium, q oīo gratuitum non est. l. 3.
de obseq. par. & patr. pst.

N. Privilegium quidam dictum putant inde, q privatis, h. e. singulis, non
universis detur. Priva n. veteres singula dixerunt. Gell. lib. 10. noct. attic. c. 20.
Boreh. tr. d. feud. c. 1. n. 8. Alii autumant dictū ee privilegiū ex eo, q sit
privatio a coi lege.

N. Vox (quasi) ut plurimum ē nota improprietatis; sed tn interdū et sumitur pro
nota veritatis & ~~[illegible]~~ significat, quod. Exeplū ē in §. 1. 4. Sed hoc dr. I. ff.
inoffic. test. ubi particula quasi pro q posita reperitur. Wesenb. ad. d. §. 1.

N. Species. Speciei opposita interdum inest sed materialiter, seu ut ma, non formaliter, et ut species. Sic possessio natis inest civili, usus inest in usufructū. Pactum nudum inest vestito.) Confer l. 1. §. 12. ff. vi & vi arm. ubi vox (videtur) quamq nota impropriatatis ē. Aliquando tn sumitur pprie. Sed an proprie an v. impropriè sumatur, ex subiecta mā ē dijudicandū. conf. l. missi. 22. in fin.

N. Vox (oīs) interdum limitaōem patitur, ut videre ē ex §. 2. ol. Ier. divis. ubi dr oīa flumina publica ee, quod tn in l. 3. ff. flum. restringitur solū ad flumina illa, q fluunt.)
v. Obr. ff. jurisd. c. 16. n. 37.

N. (Vocem (in rem) interdū sumi proprie & pro opinione probatur ex l. 31. ff. ll. ubi dr
Principē legibus solutū ee, et tn aliter in lbis dicatur, naler solutus. l. 23. ff. leg. 3.
Praejudiciales quaestiones dni videri in rem ee. §. 13. I. ff. Act. cū tn reverâ sint in rem. Gell. lib. ff. Antiqu. 99.

N. Vox (naturaliter) in jure non semper capitur pro jure nā, sed quandoq; et pro nâ & qualitate rei. Hujus rei evidens exemplum extat in l. 16. §. 4. D. ff. minor. ubi dr in ptio emptionis & venditionis naliter licere contrahentibus se circumvenire. Quo loco vox naliter, ita interptanda ē; naliter licet se circumvenire, i. nā & qualitate contractus emptionis & venditionis ita exigente licet contrahentibus se decipere. Est n. oīum aug vili emere, carò vendere. l. 8. C. ff. resc. vendit.)

Nota. Particula IN non semper privativa est sed intensiva et adversativa. Sic rusticus dr indoctus, non privative sed augmentative.

N. Non rarum est in libris juris nostri ut plus rubrica polliceatur, quam in nigro proponitur, & contra. Exemplo sit tit. Nov. 12. cujus rubrica de incestis & nefariis nuptiis loquitur. Nigrum v. et de illicitis. c. 1. in princ. ejusdem Nov. Argumentum igr. à rubro ad nigrum valde vacillat.

N. Universi juris Romani corporis una quasi lex est, proinde lex per legem erit explicanda. l. in civile. ff. de Legib.

SENECA.

Nihil videtur frigidius quam lex cum prologo. jubeat lex, non suadeat.

Leges non in verborum superficie sed rationis radice consistunt. l. scire leges. ff. de legib.

A. Gell. 20. Noct. attic. 1.

Legum opportunitates & medela pro temporum moribus, & pro Rerum publicarum generibus ac pro utilitatum praesentium rationibus, proque vitiorum quibus est medendum, fervoribus, mutari atque flecti, neque uno statu consistere solent, quin ut facies coeli & maris ita rerum atque fortunae tempestatibus varientur. Hac de re videtur c. 8. Extr. de consang. et adfinit.

N. ICti Logicos non semper imitantur in constituendis definitionibus, sed ipsorum inutiles difficultates & subtilitates saepius negligunt; uti ex Zasio ad l. 1. ff. acq. vel am. poss. notat Borcholt. ff. A. VRA. poss. c. 1. n. 19. in fin. Saepe ICtis satis est, dum ex descriptionibus res cognoscere, nec novum est ut termini alicujus artis, si exacte examinentur, rem, de qua agitur, non satis commode, perfecte ac plene exprimant. Rosenth. refer. Ehrhardt. disp. sue § 5.

Ad quid prosit subtilitatum indagatio vide apud Scal. Ex. 307. sect. 3.

Tacitum aequalet expresso.
Contrarium asseritur in l. 65. §. 1. ff. de leg. 1.

(Lege non distinguente, nec nobis distinguendum. arg. Nov. 18. c. 5. in princ. & l. 3. in fin. ff. offic. praesid.)

Una vox in eadem lege potest proprium & tropicum assumere sensum. Rauch. 954.

(De Lege Mosaica eiusque abrogatione latius vide Carpz. in tr. de jur. stip. c. 7. conclus. 16. n. 291.)

N. Digesta secundum ordinem edicti perpetui; Codex a secundum ordinem serici annorum esse compositus est. Ruhl. disp. 1. lit. c.

Ordinis commendationes vide apud Borcholten. in tr. de feud. in prooem. n. 2.

Omnia in jure incerta et incipiunt, ubi a jure recessum. D. P. Fr. i. in praefatione praemissa tr. de A. P.

Vocis (perpetuum) variæ sunt significationes in iure. 1. Interdum perpetuum est, quod durat ad 30 annos princ. I. de perpet. et temp. act. Et in hac significatione et accipiendæ sunt aliæ leges, ut l. 28. et 29. D. dol. mal. et l. ult. §. ult. D. naut. caup. stab. 2. Perpetuum significat tempus, quo quis vivit. Sic coiri societas dicitur in perpetuum, i. dum vivunt socii. l. 1. pro soc. 3. Perpetuum tempus infinitum significat, ut cum dicimus, exceptiones perpetuas esse, quæ semper agentibus obstant. §. 9. I. de except. Bocer. in tract. feud. c. 1. n. 18. Confer Nicol. ad §. 1. I. de satisdat. tut. vel curat.

(N. Ablativorum absolute positorum hæc est natura, ut conditionem importent ut plurimum, per l. 18. D. usur. l. 107. D. condit. et demonstr. Tamen hoc non procedit quando ablativi procedunt super eo, quod iure certum est.)

(In iure controverso DD. putant, contra eum pronunciandum esse, qui se in eo fundat.)

Verba generalia generaliter sunt intelligenda, salva tamen iuris analogia, nisi specialitatem suadeant leges.

(Particula Diu in iure pro decennio accipitur. l. 16. §. 3. D. Qui et a quibus manum. lib. non fiant.)

(Particula SI, in iure non semper sumitur conditionaliter sed interdum et causaliter, pro quia, uti sumitur in l. mutos. §. 1. D. tutel.) Particula (magis) non semper comparative, sed interdum et electivè ponitur. ut in l. 4. ubi Br. D. dot. Matth. Steph. de iur. lib. 1. c. 5. n. 38.

(In dubio quodlibet potentiorem significationem semper recipit, arg. l. 3. D. tutel.)

(Lex omnis et sententia ita accipienda est, ne sit inutilis. arg. l. 109. D. leg. 1. Nec enim præsumendum est verbum aliquod in legibus otiosum esse positum.)

(Si duo coniungantur in iure per copulativam ET, non unum sufficit, sed ambo requiruntur, cum particula ET simul omnia et æqualiter ad idem referat dispositum. l. unic. §. sin v. C. de cad. toll. l. si mihi in princ. l. si duobus. l. si pluribus. in princ. l. plane. §. si coniunctim. D. leg. 1. Interdum tamen verba copulat, non sensum; notante Bocer. de feud. c. 7. n. 35.

ICti vocibus illis (non utique) sæpe utuntur pro (NON solum). ut in l. 41. D. V. S. Item vocem (NON), solam usurpant et interdum pro (non solum), uti notat Goed. ad d. l. 41. n. 4. Vultei. ad princ. I. de Interd. n. 43.

Qb. 143.

# DISPUTATIO FEUDALIS XII.

## De Devolutione feudi finiti & amiſſi, ejusq; fructibus & Impenſis.

*Quam*

ILLUSTRISSIMIS ET GENEROSISSIMIS PRINCIPIBUS AC DOMINIS, Dn. WOLFGANGO WILHELMO, Dn. AUGUSTO, Dn. JOHANNI FRIDERICO, Comitibus Palatinis Rheni, Ducibus Bavariæ, Comitibus Veldentiæ & Sponheimii, &c. Dominis ſuis clementiſſ.

*In acceptorum beneficiorum memoriam & debitæ ſubjectionis teſtimonium humillimè conſecrat & dedicat.*

ET SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISS. ET CONSULTISS. Dn. GOTHOFREDI ANTONII, J.U.D. EXIMII, & in inclytâ illuſtriſſimorum Haſſiæ Principum Academiâ Marpurgenſi Anteceſſoris celeberrimi, Præceptoris ſui ſummâ obſervantiâ colendi,

*Exercitii gratiâ publicæ diſcuſſioni, in Auditorio JCtorum ad Lanum, committit*

*ELEAZAR SITZINGER ab HOLENSTEIN, PALATINUS.*

MARPURGI CATTORUM,
*Excudebat Paulus Egenolphus, Typog. Acad.*

cIↄ Iↄ C I V.

# Theſis Prima.

Gord. diſp. 9. th. 10.

Feudum amiſſum *a* nonnunquam ad dominum, nonnunquam ad agnatos devolvitur. Ad dominum *b* devolvitur, *c* ſi delictum in dominum fuerit commiſſum, *d* ſive feudum novum ſit *e* ſive antiquum *f*.

a) *ut ſuprà diſput. præced.* Etiam alienatione abſq; permiſſu domini facta, *c.1.§.deniq; Schenck Baro, n.5.& 6.2.F.24.quæ fuit pri.ca.ben.am.c.1.§. his omnibus, quib.mod.feud.am.1.F.5.c.unic.quid jur.ſi poſt alien.2.F.44.c.1.§. callidis.de prohib.feud. alien.per Frider.2.F.55.Roſenth.c.9.concl.64.Borch.de Feud.c.8.n.34.* b Excluſis non ſolum deſcendentibus ſed & aguatis omnibus, *c.1.an ille qui interf.frat.2.F. 37.c.1.§.fin.in pr.& ibi gl.in verb.proximos, & Schenck Baro, nu. 1. quæ fuit prim.ca.ben. am.2.F.24.* c Irrevocabiliter & in perpetuum, non quamdiu vivit poſſeſſor, *c.1.§.fin.quæ fuit pr.ca.ben.am. 2.F. 24. c.1.§. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defuncti cont. ſit. 2.F. 26. d. c. 1. an ille qui interf. frat. c. 1. ſi vaſall. feud.priv.2.F.31.Roſenth.c.11. concl.5.n.3.& concl.9.nu.8.Fach.7.controv.22.*Diſſen.*Hart.Piſt.lib.2.par.1.q.15.nu.27. Thom.de Marin.de gen.& qual.feudi.tit.de feud.ex pact.& provid.antiq.3.n.88. Alvar. ad d.c.1.§.fin.quæ fuit pr.ca.ben.am.Cujac.lib. 4. Feud. tit. 78. Iacob. d. Ardizo in c. 135. verſ.item ſciendum eſt.* d) Vel directò, vel per conſequentiam, *ut ſupr. diſp. præced.th.2.lit. a.* Etiam quando vaſallus feudum à domino poſſeſſum contra diſpoſitionem, *l.ſi quis in tantam, C.unde vi*, violenter invaſerit, cum jus ſuum aliter contra eum perſequi potuiſſet, *c.1.§.ſi duo homines, ubi gloſ. & Schenck Baro, de pace tenend.& ejus violat.2.F.27.Alvarot.ibid.n.3.ubi & Bald.n.7.Præpoſ.verſ.nota quod per invaſionem.Schrad.c.9.nu.2. q.9.* Si inveſtituram debito tempore incuria & negligentia non petierit, *c.1.§.præterea ſi quis, d.prohib.feud.alien.per Frid.2.F.55.d.c. 1.quæ fuit prim. ca. ben. am. c. 1.quo temp.miles inveſtituram, 1.F.22.Bald.in c.1.nu.3.verb.& poteſt poni, ſi vaſallus feudo priv.2.F.31.Iacob.d.S.Georg. in verb. qui quidem inveſtiti, n. 46.Sensbec.p.13.n.13.& 14.Borch.c.8.n.4.5.& 141.Dn.Vult.d.feud.lib.1.c.11.n.23.Roſenth. c.11.concl.27.Fach.7.controver.25.Intrigliol.in cent.feudal.q.94.n.9.& q.97.n.106.Mozz. in tract.d.feud.tit.de ſubſtant.feudi, n.40.41.Mynſing.cent.5.obſerv.9.*Diſſ.*Iſern.in d.c.1. ſi vaſall.feud.priv.Alvarot.in c.1.concl.2.quæ fuit prim.ca.ben.amit.Hart.Piſt.lib.2.par. 1.quæſt.18.nu.6.Curt.jun. in tract.de feud.p.5.nu.* 12.Item: Si vocatus à domino ſervitiorum præſtationem detrectaverit, juſtitiam denegârit, dominum cucurbitârit, aut mulieris, vel alterius perſonæ cujuſdam, domini poteſtati vel affectui ſubjectæ pudicitiam attentaverit, *Thom.de Marin.de gen.& qual.feud.t. 2.ſect.2.nu.75.& ſeq.Dn.Vult.d.c.11.n.22.& ſeqq.Borch.c.8.n.91.& ſeqq. Mozz.in tit.ex quib.ca.feud.amit.& fin.Intrigl.d. cent.feud.q. 73.* Si fratrem domini proditoriè in contemptum & odium domini occiderit, *gloſ. in c. 1. §. ſimiliter ſi dom.in verb.fratrem ſuum, quib. mod.feud.amit.1.F.5. Schenck Barô, Alvarot. & Iſern. in c.1.an ille qui interf.frat.ſuum, 2.F.37.Iacob.de S.Georg.in verb.adhærentibus, n.1.& verb.dictiq; vaſalli, &c.nu.62. Roſenth.c.11.concl.15.* e) *arg.d.c.1.§.fin.quæ fuit pri.ca.ben. amit. & ibidem Alvar. concl.1.c.1.§.ſi vaſallus culpam, ſi de feud.def.cont.ſit, c.1. §.item ſi fuerint, & ibi Schenck Baro, n.1. quib. mod. feud. amit.* Etiamſi ſit acquiſitum pro ſe & filiis, aut etiam pro fratre & agnatis, *Zaſ.par.10.n.100.Dn.Vult.d.c.11.n.70.Clarus in §-feudum, q. 66.n. 2. Roſenth.*

*Roſenth.c.9.concl.53.& c.11.concl.1.Fach.7.controv.26.Hart.Piſt.lib.2.p.1.q.16.n.9.10.11.* Niſi filiorum aut fratrum factum (quemadmodum in Saxonico territorio agnatorum per ſimultaneam inveſtituram, *Hart.Piſt.l.1.p.2.q.20.*) ſimul interveniſſet, ſive acquirendo, ſive pro ſe & liberis aut fratre quæſitum ratificando, *l. perfecta quarta, C.de donat.quæ ſub mod.Pinel.in l.1.part.3.n.98.C.de bon.mater. Maſcard.de probat.vol.2.concl.67.n.6.Alciat.reſp.160.n.25.Thoming.deciſ.23.n.7.Roſenth.d.c.11.concluſ.2.* Aut æquè principaliter filio, vel ejus contemplatione ſimul datum, *Io.Köppen.deciſ.54.n.13.Fach.7.controv.5.lit.D.* aut conceſſum ſingulis in ſolidum, ut unius delictum alteri obeſſe non debeat, aut aliâs de mente concedentis conſtet, quod non voluerit filium ob patris delictum feudo privari, *Gozadin.conſil.84.n.18.& 19. Burſat.conſil.225.n.101.vol.2.Roſenth.c.11.concl.3.c.9.concl.66.c.10.concl.39.nu.37.Dn. Vult.d.c.11.n.84.verſ.hinc valdè probo, Mozz.d.tit.ex quib.ca feud.amit.n.39.verſ.limitatur primò.* Quod tamen in dubio non præſumitur, utcunq; hæ (alicui & ejus generi, vel pro ſe & filiis) in inveſtiturâ reperiantur formulæ, *Hart.Piſt.lib.1.par.2.q.16.n.30.Roſenth.d.loco c.9.concl.66.n.5.Sonsbec.par.feud.13.n.6.Thom.de Marin.de gen.& qual.feud.lib.2.par.2.n.92.* Diſſ. *Curt.par.5.n.5.Iacob.de S.Georg.in §.dictiq; vaſalli,n.58.Balzeran.in c.1.n.12.ſi vaſall.feud.priv.Menoch.conſ.161.n.33.& ſeqq.* Niſi ſint propriis nominibus non minus quàm parens in conceſſione feudi nominati, *Iſern.in c.1.in prin.de ſucceſſ.feudi,1.F.8.ibidem Balzeran.ad prin.tex.n.16.Alvarot.in c.1.§.fi. n.10.quæ fuit prim.ca.ben.amit.Iacob.de S.Georg.d.loc.n.58.verſ.tertiò limitabitis.Maſcard.de probat.vol.2.concl.767.n.6.verſ.6.Gozad.conſ.4.n.30.Menoch.conſ.161.Roſent.c.9.concl.66.n.60.Borcholt.de feud.c.8.nu.142.* f) *arg.d.c.1.§.deniq;,ibi:dummodò fuerit paternum,quæ fuit pri.ca.ben.am.* Paternum autem non cum Dyno *in c.non debet.nu.7.de Reg.I.in 6.* accipimus de novo, quod eſt à patre acquiſitum, ſed quod eſt à majoribus profectum, *Curt.jun.par.5.n.1.& 2.Iacob.de S.Georg.in d.§.dictiq; vaſalli,n.58.Præpoſ.n.3.concl.3.Schenck Baro nu.1.ad d.tit.quæ fuit pri.ca.ben.amit. Dn.Vult.d.c.11.n.71.Mar.Ant.Peregr.de jur.fiſc.lib.5.tit.5.n.108.& 115.verb.ſed contra. Burſat.conſ.225.n.185.vol.2.Menoch.conſ.304.n.21.22.& conſ.534.nu.13.Balzeran.in c.1. §.præterea,verſ.aliam partem,quæ fuit prim.ca.ben amit.Roſenth.c.11.concl.5.8.9.* Niſi feudum fuerit pactionatum, pacto & providentiâ primorum contrahentium acquiſitum pro ſe & liberis, *Zaſ.p.10.n.98.Burſat.d.lo.n.187.Gozad.conſ.84.n.14.Roſen. d.c.11.concl.5.n.1.Iacob.de S.Georg.d.lo.n.60.* Diſſ. *Hart.Piſt.lib.2.par.2.q.16.nu.9.Balzeran.c.1.§.deniq;,n.12.quæ fuit pr.ca.ben.amit.Fach.lib.7.controv.23.Peregrin.de jur.fiſci. lib.5.tit.1.n.113.Diſſ.aliter Sonsbec.par.13.n.6.* vel pro ſe, filiis & deſcendentibus, cum facultate, ut unus ſuccedat alteri, de uno in alium, omnibus principaliter, *Alvar.in d.c.1.§.deniq;,Hart.Piſt.lib.2.p.1.q.1.n.18.Gail.lib.2.de pac.publ.c.13.n.17.& 18.* Item: ſi conceſſum familiæ, *Thom.de Marin.tit.2.n.92.Curt.par.5.n.50.Hart.Piſt.d.lo.n.19. Schrad.p.2.c.3.n.29.Dn.Vult.lib.1.de feud.c.8.n.28.Roſen..c.11.concl.5.n.14.& c.2.concl. 38.n.6.Pinel.in l.1.par.3.n.84.C.de bon.mater.* (non hæredibus de familia. *Roſenth.d.concl.38.n.5.Thom.de Marin.tit.5.n.11.*) proli in omnem eius generationem, *Hartm.Piſt.d.loc.n.20.21.* generi tuo & poſteris tuis, für die jenigen/ ſo deines Stammens vnnd Namens ſeind/ oder für deine Nachkommen/ *Roſenth.d.concl.38.n.7.* vel ſi vaſallus in dominum ſtudioſè, eo conſentiente deliquerit, *arg.l.fin.in pr.ff.de eo per quem factum erit.Gail. lib.2.de pac.publ.c.13.n.18.Iacob.de S.Georg.ad d.§.dictiq; vaſalli,n.58.Dn.Vult.d.lib.1. c.11.fol.747.Roſenth.c.11.concl.9.n.7.in fin.Zaſ.par.10.n.101.Curt.par.5.n.6.Mozz.d.tit.*

*fin.ex quib.ca.feud.am.n.39.verſ.limitabitur quartò.* Quo tamẽ caſu remiſſio in præjudicium agnatorum fieri nequit, *arg.c.1.ſi vaſallus feudo privetur, 2.F.31.Roſenth.c.10.concl.39.n.2.Sonsbec.par.13.n.6.Schrad.par.2.p.9.ſect.14.q.75.n.38.in fine.*

## II.

Et quidem pluribus dominis *a* exiſtentibus, non primo & mediato *b*, ſed proximo, & vaſalli delinquentis *c* immediato *d* feudum aperitur *e*.

a) Quorum alter ſuperior, vel mediatus, alter inferior & immediatus.
b) Niſi in ipſius perſonam felonia commiſſa fuerit, & vaſallus ſubvaſallum, domino requirente ad ſatisfactionem, compellere noluerit, *Schenck Baro in c.1.§. illud quoq;, de proh.feud.alien per Frider.2.F.55.Zaſ.p.10.n.59 Sonſbec.p.12.n.4. Iacob. de S.Georg.in §.dictiq; vaſalli,n.11.* c) Etiam abſq; conſenſu domini utriuſque feudum alienantis, *per ea, quæ tradit Roſenth.in c.9.concl.32.num.18.Zaſ.par.9.nu.34. Hart.Piſt.lib.2.part.2.q.45.n.13.& ſeqq.Sonsbec.part.12.nu. 91. & 92.Menoch.lib.3.præſumpt.102.n.10. Diſſ.gl.in c.Imperialem, § illud quoq;, in verb.niſi ſit requiſitus, de proh. feud alien per Frider.ubi & Schenck Baro n.1.& c.1.nu.7.quib. mod.feud.amit.Thom.de Marin.de gen.& qual.feud.tit.2.p.2.de feud.ex pact.& provid ant n.32.& 33.Curt.par.4. n.80.Burſat.conſ.49.& conſ.91.n.2.vol.1.conſ.165.n.51.vol.2.Menoch.conſ.226.n.184. Io. Kœppen.deciſ.54.n.3.* Et multò magis, quando vaſallus feudum habet particulare à comitatu, Ducatu, vel Marchionatu dependens, *Roſen.d.lo.n.8.concl.67.n.3.* d) *d.c.Imperialem, § illud quoq; præcipimus, de prohib.feud.alien.per Frider.ubi Iacob.de Belviſo in verb.quæritur, Iacob.de S.Georg.d.lo.Zaſ.p.10 n.58.Sonsb.part.13.nu 45 Hart.Piſt. lib 2.p.2.q.17 n.13.& in fin.* e) Si plures ſint, unicuiq; ſua portio, ſi in ſingulorum perſonas eſt commiſſum delictum, ſi in unum tantum, læſo pars ſua, quâ ſolâ etiam vaſallus cadit, applicatur, *c.1.de vaſallo qui contra conſtit.Lothar.2.F. 38.Roſenth.d.c.11.concl.18.n.4.*

## III.

Agnatis *a* verò proximioribus feudum defertur *b* ſi in extraneum *c* deliquit vaſallus: filiis excluſis *d*.

a) *arg.d.c.1.§ fin.quæ fuit prim.ca.ben.am.c.1.an ille qui interſ.fratr.ſui dom. 2.F.37.c.1 ſi vaſall.feud.priv.2.F.31.Curt.jun part.5.n.10.* Statim vivente etiam adhuc delinquente vaſallo, *Iſern.in c.1.§.hoc quoq;, ver.& olim, col.1.de ſucceſſ.feudi, 1.F.8. Alvarot.in d.c.1.§ fin quæ fuit prim.ca.ben.amit.concluſ.12. Schenck Baro in c.1.ſi vaſall. feud.priv.Roſenth.d.c.11.concl.10.nu.2. Diſſ.Iacob de Ardizo in ſum.tit quib.mod.feud. amit.1.F.5.Matth.de Afflict.in d.c.1.§.fin.quæ fuit pr.ca.ben.amit.n.4.* b) Non ei demum, qui eſt in quarto, vel ulteriori gradu conſtitutus, *arg.l.crimen, ff.de pœn.* Vide Gord. diſſ. 9 th. 11.
*l.ſancimus, C.eod l.jus noſtrum, ff.de Reg.Iur.c.1.an ille qui interſ.fratr.dom.ſui, 2.F.27. c.1.§.fin.quæ fuit pr.ca.ben.amit.Iſern.in c.1.§.ſi vaſallus culpam, ſi de feud.defunct.cont. ſit int.dom.2.F.26.c.1.ſi vaſall.feud.priv.cui deferatur, 2.F.31.Alvar.in d.c 1.§.fin.Hart. Piſt.lib.2.p.2.q.15.n.9.Fach.lib.7.controv.21.Roſenth.c.11.concl.10.n.3.Diſſ.Iacob.de Belviſ.Schenck Baro in c.1.ſi de feud.defunct.cont.Iacob.de S.Georg.in §.dictiq; vaſalli, nu.53. Curt.in part feud.5.n.10.Zaſ.part.10.n.103.& ſeqq.Duaren.de feud.c.17.n.3.Sonsb.part. 13.n.8.Borcholt.de feud.c.8.n.152.Mozz.d.tit.fin.ex quib.ca.feud.amit.n.123.verſ.intelligendo.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369430-p0008-8

*endo, Clarus in §. feudum, q. 66. n. 6. Burſat. conſil. 148 n. 7. Menoch. vol. 1. conſ. 99. n. 148.*

c) Puta: ſi inceſtum commiſit, ſi homicidium ſimplex, proditoriè quidem, ſed non in domini contumeliam, patravit, vel ſi propter infamiam in curiâ domini ſtare honeſtè nequit, & ſimilibus, *Roſenth. c. 11. concl. 15. n. 9.* Idem eſt ſi vaſallus aliũ feudum tenentem vi dejiciat, *Diſſ. Curt. jun. in part. 5. de feud. n. 15. Menoch. Remed. 9. recuper. poſſ. n. 260.* Niſi ſit merè hæreditarium, & in hæredem extraneum tranſitorium, *Menoch. d. Remed. 9. recup. poſſ. nu. 225. Molin. in conſuet. Par. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 62. Schrad. part. 9. c. 9. nu. 2. vide Roſenth. c. 11. q. 16.*

d) *arg. c. 1. ſi vaſall. feud. priv. 2. F. 31. d. c. 1. §. fin. quæ fuit pr. ca. ben. amit. & ibidem Balzeran. in §. præterea, n. 21. verb. aliam partem, Peregrin. de jure fiſci, lib. 5. tit. 1. nu. 108. & 113. verſ. ſed contra, Burſat. ex crebriori conſil. 225. n. 185. Menoch. conſ. 304. n. 21. 22. & conſil. 534. nu. 13. Iul. Clarus in d. § feudum, q. 66. n. 3. 4. 6.* niſi vaſallo delinquente feudum apud avum adhuc reſideat, *Alvarot. & Præpoſ. n. 2. in fin. in d. c. 1 ſi vaſall. feud. priv. Iacob. de S. Georg. in d. §. dictiq; vaſalli promiſerunt, n. 60 Hart. Piſt. lib. 2. part. 1. q. 16. n. 33. Zaſ. part. 10. nu. 98. Sonsbec. part. 13. nu. 37.* etiamſi pater avum ſupervixerit, *Roſenth. c. 11. concl. 6. num. 6.* & multò magis, ſi avus patrem exhæredem ſcripſerit, etiamſi is contra avum nihil commiſerit, *Roſenth. d. lo. n. 11 & c. 7. concl. 21.*

## IV.

Bonis igitur vaſalli publicatis *a* feudum *b* in fiſcum *c* non tranſit, *d* ſed poſſeſſori ademptum *e* ſtatim *f* vel ad dominum *g* vel ad agnatos *h* vel etiam ad filios, *i* ſecundum cujuſq; feudi naturam, & ſupra traditas diſtinctiones, delabitur.

a) Etiam ob crimen læſæ Majeſtatis, *Ægid. Boſſ. in prax. criminal. tit. de publicat. bonor. nu. 60. Corb. de jure emphyt. c. 7. num. 24. Oldrad. conſ. 17. Burſat. conſ. 43. n. 15.*

b) Niſi ſit ad quoſvis hæredes, adeoq; extraneos quoq; tranſitorium, *Roſenth. c. 11. concl. 12. Boſſ. d. tit. de bon. publ. n. 19. 20. 53. 54. Gail. lib. 2. de pace publ. c. 14. nu. 3. Mozz. de feud. tit. de ſubſtant. feudi, nu. 98.* vel ſtatuto & conſuetudine aliud fuerit inductum, *Roſenth. d. lo. n. 15.* Ita quoad crimen læſæ Majeſtatis in dominio Veneto obſervari, teſtis eſt *Pereg. d. lo. n. 111. in fi.* & in Gallia hanc inoleviſſe conſuetudinem, affirm. *Boërius in quæſt. 264. nu. 9. Tyraq. ad retract. § 1. gl. 3. nu. 12.* Quibus tamen caſibus, fiſcus illud in alium extra manum mortuam, qui ſub priſtinis conditionibus, ſervitiis & qualitatibus a domino recognoſcat, transferre debet, *Roſenth. c. 11. concl. 11. n. 15. & concl. 12. n. 7.*

c) ſcilicet, cum fiſcus diverſus eſt à domino feudi, *Roſenth. d. c. 11. concl. 11.* Vaſallagium enim ſubditum non efficit, *Clem. Paſtoralis. & ibi gl. in verb. ſubfuit, de ſent. & re jud. Matth. de Afflict. in c. 1. in pr. qual. vaſall. jur. dom. priv. 2. F. 47. Oldrad. conſ. 43. n. 8. in q. 6. Roſenth. c. 11. concl. 14. n. 2. c. 5. concl. 69. nu. 5. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 13. n. 20.* Niſi quoad feudum, ut eo privari & ſuper eo jus dici poſſit, *Roſenth. d. lo.*

d) *Bald. c. 1. §. ſi verò vel in totum, nu. 3. qual. olim feud. pot. ali. 2. F. 9. Schenck Baro in d. c. 1. §. deniq;, n. 7 quæ fuit prim. ca. ben. am. 2. F. 24. Iacob. de S. Georg. in verb. dictiq; vaſalli, nu. 61. & 63. Zaſ. par. 10. nu. 99. Sonsb. part. 13. nu. 50. & ſeqq. Thom. de Marin. de gen. & qual. feud. tit. 7. de feud. hæred. no. c. 7. Gigas de crim. læſæ Majeſt. quæſt. 15. & in q. 16. Peregrin. de jure fiſc. lib. 5. d. tit. nu. 106. & ſeqq. Dn. Vult. d. c. 11. nu. 116. Hart. Piſt. 2. q. 15. nu. 7. verſ. non reluctatur, Fach. 7. controv. 20. Roſenth. c. 11. concl. 11.*

e) *Zaſ. d. lo. Sonſb. d. lo. n. 51. Schrad. part. 9. c. 9. n. 16. Roſenth. c. 11. concl. 11. n. 2. Diſſ.*

*Iacob de S. Georg. d. lo. n. 63. Curt jun. par. feud. 4. n. 42. & part. 5. n. 14. Fach. 7. controv. 20. verſ. quinta igitur.* Quod & in Germania paſſim uſu receptum eſt, *Zaſ. d. lo.* volunt tamẽ, ſi feudum ſit Eccleſiaſticum, præter ſententiam publicationis à magiſtratu ſeculari latam, intervenire debere parium Eccleſiæ ſententiam, *per Clem. Paſtoralis, de ſent. & re judica. lib. 6. Bald. in l. 1. q. 42. n. 34. ff. de reb. dub. Alvarot. in c. 1. §. fin. n. 5. in fi. de prohib. feud. alien. per Frid. ubi & Præpoſ. n. 3. Schrad. part. 9. c. 9. nu. 17. Dn. Vult. lib. 1. c. 11. nu. 116. Roſenth. d. lo. concluſ. 11. num. 11.* Idem eſt, ſi publicatio facta ſit ab eo, qui ſeparatam omninò juriſdictionem habet à juriſdictione domini, vel ejus cui ſubeſt feudi dominus, *Roſenth. d. concl. 11. nu. 13.* f) Non expectatâ morte vaſalli delinquentis, *Ronſenth. d. concl. 11. n. 9.* g) *Iſern. in c. 1. §. ſi verò violator, n. 4. de pace tenenda, 2. F. 27. Curt. jun. part. 4. n. 42. Peregrin. d. tit. 1. nu. 112. Gail. 2. de pac publ. c. 14. n. 1. 6.* h) *Alvarot. in d. c. 1. §. deniq; n. 26. concl. 38. Præpoſ. n. 4. quæ fuit prim. ca. ben. am. Sonſbec. p. 13. n. 62. & ſeqq. Zaſ. part. 10. n. 99.* i) *Roſenth. c. 11. concl. 11. Sonſb. part. 13. nu. 30. & 51. ibi: ſi verò bona ſint confiſcata, & n. 69. Bald. in c. 1. §. ſi verò, qual. olim feud. pot. alien. 2. F. 9. ita quoq; conſtitut. Caroli V. ſub Rubr.* die Peen der Friedbrecher/ *§. 2. p. 2. & Ordin. Cam. tit. 2. §. 2. p. 2.* nominatim deciſum eſt: vaſallo, ob violatam pacem publicam, in bannum imperii declarato, & bonis ejus publicatis, ſi erga dominum feudi non ſit pax violata, ſed in alium, feuda ad fiſcum non devolvi, ſed recto tramite ad dominum reverti, ut tamen fructus, ſalvo Judicis moderamine, attribuantur damnum paſſo, donec bannitus cum parte læſa & fiſco compoſuerit, vel eo defuncto, agnati feudum repetierint, vel etiam filii exiſtentes cum offenſo tranſegerint, *Roſenth. d. lo. n. 16. 17. 18. 19.*

## V.

Proprietas autem feudi, *a* quam dominium directum appellamus, vaſallo *b* ob delictum domini *c* adjudicatur *d*, ita ut feudum imposterum jure libero & allodiali poſſideat *e*.

a) Sive illud ſit novum, ſive antiquum, *Præpoſ. in d. c. 1. §. domino, n. 3. & ibidem Schenk Baro n. 2. 3. 4. ſi de feudo defunct. cont. ſit. 2. F. 26. Sonſb. part. 13. n. 70. Molin. in conſuet. par. d. §. 2. gl. 4. n. 12. Roſenth. c. 11. concl. 20. n. 4.* Diſſ. *Alvarot. in d. §. domino, n. 3.* qui hanc inæqualitatem inter dominum & vaſallum abſonam ratus, *d. §. domino,* ad novum feudum reſtringere ſatagit. b) *arg. c. 1. §. domino committente, ubi Schenck Baro n. 1. ſi de feud. defunct. cont. ſit, 2. F. 26. Zaſ. part. 10. n. 83.* c) Sive committatur in perſonam ipſius vaſalli, puta, ſi vaſallum verberet, occidat, injurietur, uxorem, ſponſam adulteret, filiæ aut ſororis pudicitiam commaculet, ſive etiam in perſonam alterius, ut: ſi parricidium committat, fratrem aut filium fratris, ut ſolus ſuccedat, interimat, ſi criminaliter damnatus ſit, & ſine dedecore in curia ſtare non poſſit, *c. 1. & ibi gl. in verb. ex facto, Iacob. de Belviſ. Præpoſ. n. 1. Schenck Baro n. 1. Iacob. de Ardizo qual. dom. propr. feud. priv. 2. F. 47. Zaſ. part. 10. nu. 80. Roſenth. c. 11. concl. 20. n. 9. Dn. Vult. lib. 1. feud. c. 11. nu. 52. Borcholt. c. 8. nu. 133. Mozz. in feud. tit. ex quib. ca. feud. amit. n. 122.* d) ſtatim & irrevocabiliter, non ſolummodò ad vitam delinquentis. e) Dummodò jus domini ſit allodiale, puta: quando Titius ex bonis ſuis allodialibus fundum Sempronianum Mœvio in feudum conceſſit, *arg. l. fin. C. de bon. libert. l. qui cum major, ff. eod. Zaſ. part. 10. n. 83. Schenck Baro in d. §. domino committente, n. 1. ſi de feud. defunct. cont. Sonſbec. d. lo.* Secus eſt quando domi-

dominus jus quod in feudũ dedit, recognoſcit ab alio ſuperiore, quo caſu vaſallus quidem eximitur a ſervitiis domini delinquentis, & jure vaſallagii, verùm jus dominans non aufertur agnatis delinquentis, vel etiam iis deficientibus, domino ſuperiori, ſive feloniam in ipſum vaſallum, ſive in alium commiſerit, *arg. c. 1. §. quod ergo, de inveſt. de re alien. fact. 2. F. 8. l. nemo plus, ff. de R. I. l. ſancimus, C. de pœn. Roſenth. c. 11. concl. 21. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 2. gl. 4. n. 13. Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. feudum, q. 72. Sonſbec. part. 13. n. 72. Diſſ. Laurent. Sylvan. de feud. recogn. q. 72. n. 2. 3. Borcholt. c. 8. n. 153.* ſicut nec Eccleſiæ, vaſallo, ab ea feudum tenente, à Prælato offenſo, utcunque eo vivo, vel in adminiſtratione prælaturę cõſtituto ab ejus obedientia, obſequijs & ſervitiis vaſallus ſit immunis, *Alvarot. in c. 1. §. domino, n. 6. ſi de feud. defuncti cont. ſit int. dom. & agnat. & ibidem Schenck Baro n. 5. Iacob. de Belviſ. n. 15. Schrad. p. 2. p. 9. prin. ſect. 9. nu. 70.* Idem eſt, ſi Imperator, vel Rex, vel alius ſuperiorem non recognoſcens, Ducem, Marchionem, Comitem, aut alium vaſallum imperii aut regni offenderit, hi enim à juramento quidem fidelitatis liberi ſunt, quamdiu Imperator, Rex, vivit, imperat, non autẽ à jure regni, *Molin. in conſuet. Par. §. 2. gl. 4. n. 17. & ſeqq. Bald. in l. executorem, n. 35. ff. de except. rei jud. Schrad. part. 2. p. 9. prin. ſect. 1. n. 72.* modò illud non ſit merè hereditarium, ſed electivum, *Molin. d. lo. in fin. Roſenth. c. 11. concl. 22. n. 3.*

## VI.

Fructus *a* quoque, feudo culpâ *b* amiſſo, *c* vaſallus extantes amittit, perceptos *d* à tempore commiſſæ culpæ reſtituit: eos verò, quos ante percepit, *e* pleno jure ſuos indiſtinctè *f* facit.

a) tàm induſtriales, quàm naturales, *arg. §. etſi hereditas, Inſt. de off. Iud. l. domum, 5. l. certum, 22. C. de rei vind. l. illud quoq; 40. §. prædo fructus, 1. l. ſi poſſeſſor, 52. ff de petit. hered. Roſenth. c. 10. concl. 42. nu. 31. Schrad. p. 2. 9. part. prin. ſect. 3. n. 28. Dn. Vult. lib. ſcholaſt. diſcept. c. 20. Borch. c. 7. in fi. n. 95. Rittershuſ. in 2. part. feud. c. 6. q. 37.* b) Si verò ſine culpâ, puta: generatione finitâ, feudum aperiatur, fructus, mortuo inter Kal. Martias, & Kal. Septembr. vaſallo, omnes ejus anni ad heredes tranſmittuntur, mortuo verò eo ante Martium, vel poſt Auguſtum completum, eodem modo omnes fructus lucrabitur dominus, *arg. c. 1. §. his conſequenter. Hìc finitur lex, Hart. Piſt. lib. 2. q. 24. Schrad. d. lo. n. 46. & ſeqq. Roſenth. c. 10. concl. 42. nu. 34. & ſeqq. Balzeran. ad d. §. his conſequenter, n. 10. & Schenck Baro n. 1. Zaſ. part. 10. n. 109. Sonsbec. part. 10. n. 9. Borch. c. 7. n. 95. Fach. 7. controv. 95. Dn. Vult. d. c. 11. nu. 110. Covar. lib. 1. var. reſol. c. 15. n. 14. Coler. de proceſſ. execut. par. 2. c. 3. n. 288. Rittersh. in part. feud. 2. c. 6. q. 33. Schneid. part. 6. feud. c. 5. n. 26. vide etiam Intrigl. in cent. feud. quæſt. 57. nu. 60. & ſeqq. Diſſ. Molin. in conſuet. Par. tit. 1. §. 1. gloſ. 8. nu. 11. Cujac. lib. 4. Feud. 20. Eguin. Baro ad d. §. his conſequenter.* Et hæc diſpoſitio in agnatis quoq; locum habet, *arg. c. unic. an agnat. vel fil. 2. F. 45. junct. d. c. 1. §. his conſequenter. Hìc finitur lex, 2. F. 28. Roſenth. d. lo. n. 45. Matth. de Afflict. in d. §. his conſequenter, n. 5. Sonsbec. p. 10. n. 12. Hart. Piſt. d. q. 24. n. 50. Borch. d. c. 7. n. 95. Fach. 7. controv. 95. Dn. Vult. d. c. 11. n. 110. M. Ant. Peregr. d. lo. nu. 108. Io. Kœppen. deciſ. 30. n. 43.* Diſſ. *Zaſ. part. 10. n. 107. Weſenb. conſ. 93. n. 10. Schrad. d. lo. n. 82.* ſive ſint naturales, ſive induſtriales, *Schrad. p. 2. 9 part. prin. ſect. 3. n. 48. & ſeqq. Matth. de Afflict. in d. §. his conſequenter, nu. 14. verſ. ſed quid ſi facit, ubi quoq; Schenck Baro n. 3. Borcholt. d. c. 7. n. 95. Hart. Piſt. d. quæſt. 24. n. 54.* Diſſ. *Iſern. in d. §. his conſequenter, n. 20. verſ. unde*

*in hoc*

in hoc videtur. & Alvarot.n.5. verſ.quæro an diſtinctio, & ibid. Præpoſitus in fine. etiamſi nondum ſint percepti, vel a ſolo ſeparati, Iſern.d lo.n.19. verſ.quid ergò de Vindemia, ibid.etiam Alvarot. & Prapoſ.in fine, Balzer.n.10.ad d.§.his conſequen. Zaſ.part. 10. in fi. Sonsbec.part.10.n.11. Dn.Vult.d.c.11.n.111.in fin. Hartm. Piſt. d.q.24.n.48. & 90. Fach.d. c.95.in fin. Schrader.d.lo.n.15. Diſſ. Bald. in d.§.his conſequenter. Idem juris eſt in penſionibus pecuniariis, vel frumentariis, quæ ex cõductione prædiorum, aut agrorum feudalium, mercedis loco ſolvuntur, Hartm. Piſt.quæſt.25.nu.9.lib.1.Roſenth.d. concluſ.42.n.55. Everhard jun.conſil.58.n.13. & ſeqq.vol.1. Diſſ. Petr. Ancharan.conſ.193. cui adſtipulari videtur Fach. 7. controv. jur. 96. Sed in aliis penſionibus, cenſibus ac reditibus certo tempore præſtandis, tempus præſtationi & ſolutioni definitum inſpicendum eſſe putamus, arg.l.cedere diem 213.ff.de verb.ſignif.junct.l.7.§.9.ff.ſolut. matr. Dn.Vult.1.F.11.nu.111. Fach.d.c.96 Nicol. Everhard.jun.d.conſ.58.n.16. Diſſ. Hart. Piſt.d.q.44.n.57. & ſeqq.confer Roſenth.d.concl.42.n.56.57.58.59. c) Sive ipſo jure vaſallus feudo privandus veniat, Præpoſ. in c. 1.§.callidis, col.2. Matth.de Afflict. n.19.de prohib.feud.alie.per Frid.2. F.55. Licet dominus nondum declaraverit, quod velit vaſallum feudo privare, Schrader.p.2.9.part.prin.ſect.3.n.31. Præpoſit.in c.1.n.3.in fin.quib.mod.feud.am.1.F.5. Iacob.de S.Georg. & Zaſ.dd.lo. Diſſ. Iſern.in c.1.§ ſancimus, nu. 10. quo tempore miles inveſt.pet.deb.1.F.22. ſive per ſententiam, Iacob. de S. Georg. in verb.dictiq; vaſalli, n.52. Zaſ.part.10.n.73. Schenck Baro d.lo. Roſenth d.concluſ.42.nu. 24.per l.videamus, 38. §.1.ff.de uſur.l.1.C de his quib.ut indign. & l.hæredem, 17.ff.eod. Diſſen. Andr.de Iſern.d.lo. & Præpoſ.d.c.1.§.callidis, & latè Fach. 7. controverſ.jur. 94. d) Sed & percipiendos, arg.l.fructus, 33.l.ſi navis, 62.§.1.ff.de rei vind.l.ſed ſi lege, 25.§.quod autem, 16.ff.de petit.hered.l.domum 5.l.certum 22.C.de rei vind.l.2 C. de fructib. & lit.expenſ. M. Ant. Peregrin.d.lo.n.100. Dn.Vult.lib.diſcept ſcholaſt.c.20. Menoch. Remed.15.recuper.poſſeſſ.n.606. ita ut relatio fiat ad petitoris perſonam, arg.d.l.ſi navis, 62.§.1.d.l.2.C.de fructib. & lit.expenſ.l.cum ſervus, 39.§.fructus autem, 1.ff. de legat. 1.l.ſi de poſſeſſione, 4.C.unde vi, l.videamus, 38.§.in Faviana, 4.ff.de uſur. c.gravis ad nos, extr.de reſtit ſpoliat. Menoch remed.1.recuper.poſſeſſ.n.412. Ægid.Boſſ.in prax.crim.tit.de plurib.violent.nu.32. Diſſ. Bart.in l. & ex diverſo, 35.nu. 4 ff.de rei vindic. Sichard.in d.l. domum, n.4.C.eod. Coſtal.ad l. in ſumma 65.§.frumento, 6.ff de condict.indebiti. M.Ant. Peregrin.d.lo.nu 132. e) etiamſi percepti & a ſolo ſeparati nondum ſint reconditi, arg.l.qui ſcit 25.§.1.ff.de uſur. Didac. Covar. lib. 1 variar.reſolut.15.n.12. Cavaltan.de uſufruct.n.242. Schrader.p.2.part.prin.9.ſect.3.nu.7. Diſſ.gloſ.in l.ex diverſo 35.ff. de rei vind. Idem eſt in piſcibus captis ex fluminibus, ſtagnis vel piſcinis, qui adhuc cuſtodiæ cauſa detinentur, vel in flumine, vel in certa ſtagni parte, vel in piſcina ſeorſim, Guid.Papæ deciſ.91. Zaſ.part.4.n.5. Molin.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.1.gloſ.8. n.18. Tyraquel.de utroq; retract.part.1.§.1 gloſ.7.n.116. Peck de teſtam conjug.lib.5.c.15.n. 3. Rittershuſ.lib.2.part.feud.c.6.q.36. Schrader.part.2 part.prin.9.ſect.3.nu.11. f) Non ſolum ex melioramentis & emponematis, quæ vaſallus in feudo fecit provenientes, ſed omninò omnes, arg.l.bonæfidei, ff.de acquir.rer.dom. Schrad.d.ſect.3.n. 10. Bart.in d.l. & ex diverſo 35.col.3.ff.de rei vind. Peregrin.d.lo.n.122. Neguſ. tract. de pignor.4.membr.5.part.prin.n.20. Adeoq; etiam mulctas à ſe legitimè exactas, Boſſ.in prax.crimin.tit.de crim.læſ.Majeſt. Tyraquel.d.lo.p.2.§.5.gloſ.4.n.18. Molin.d.lo.tit.1.§. 1.gloſ.1.n.51. Azo.in ſum.C.de pœn. vel adhuc, utpote ſententiâ condemnatoriâ latâ, nondum autem executioni mandatâ, exigendas, Schrad.d.part.2.part.prin.9.ſect.3. n.12.

*n.12.& ſeqq. & arg. l.qui bona fide 23.l.quæſitum 40.l.bonæfidei emptor.48.ff.de acquir. rer.domin.l.qui ſcit 25.l.fructus,ff.de uſur. Roſenth.c.10.concluſ.42.n.27.28.Schrad.part. 2.part. prin.9. ſect. 3. in prin. n.6.* niſi fructus immaturos, contra morem & conſuetudinem regionis, dolo & fraudulenter collegerit, & feudum, priuſquam maturuiſſent, apertum fuerit, *arg.l.ſi merces 25.§.ſi conductor,l.& hæc diſtinctio,§.1.ff.locati, Roſenth.d.concluſ.42.n.28.Tyraquel.de utroq; retract.2.part.§.5.gloſ.4.num.15. Molin.in conſuetud.Pariſ.§.1.gloſ.8.n.28.* In tantum, ut etiam omne id refundi debeat, quod habiturus fuiſſet dominus, vel is cui defertur feudũ, ſi non eſſent ſeparati, *Schrader.d.part.2.part.prin.9.ſect.3.n.22.23.24.25.*

## VII.

Impenſæ *a* & meliorationes, ſive extrinſecæ ſive intrinſecæ, *b* à vaſallo in feudo, ſine ipſius culpâ *c* finito, & ad dominum, vel agnatos *d* reverſo factæ *e* ad vaſallum ejuſque heredes allodiales *f* pertinent, ita ut deduci *g* & repeti poſſint *h*.

a) Quæ ſunt vel neceſſariæ, vel utiles, vel voluptariæ, *arg. l.1. l. quod dicitur 5.l. voluptariæ 7.ff. de impenſ. in res dotal. fact. l.Impenſæ 79.& ibi Dn. Gœdd. ff. de verb.ſignif. Menoch.lib.2.arbitr.quæſt.cent.3.caſ.258 & Remed. 15. recuper.poſſeſſ.n.500. & ſeqq.Petr.Gregor.Tholoſ.in ſyntag.jur.lib.21.c.16.n.4.Ioan.Garſ.in tract. de expenſ. & meliorat.c.1.n.10.& ſeq.* b) ita communiter à Dd diſtinguuntur. Augmentum extrinſecum, ſive externum appellant illud, quod eſt ſeparabile & per ſe ſubſiſtens abſq; feudi diſpendio. Quod eſt inſeparabile propter feudi ſubſtantiã, quę ſalva manere debet, incrementum intrinſecum, ſive internum vocatur, *Hart. Piſt.lib.2.part.2.quæſt.42.in prin.varias diſtinctiones recenſet Roſenth.c.10.concluſ.43.& concluſ.44.aliam Sonsbec.in part.feud.15.nu.63. vide Garſ.d.tract.c.22.num.2.* c) puta per generationem finitam, vel propter tempus finitum, vel aliter abſq; dolo & culpâ vaſalli. Nam feudo ex delicto ad dominum vel agnatum devoluto: nullas meliorationes, nullas impenſas, quamvis magni pretii ſint, factas, reique cohærentes, à vaſallo ejuſq; heredibus recuperari, uno ore tradere interpretes aſſerit *Hartm.Piſt.d.lib.2.part.2.q.42.n.29. & ita docuerunt Schenck Baro ad c.1.§.ſi vaſallus,n.7.Hîc finitur lex,& deinde,& c.2.F.28.& c.1.§.ècontrario,n.8. de inveſt.de re alien. fact. 2.F.8.Dn.Vult.lib.1.feud.c.11.n.114.Rittersh.lib.2.part.feudal.c.6. quæſt.38. Roſent. c.10.concluſ.43.n.2.& ſeqq.Mozz.de natur.feud.nu.131.Schrader.part.2.part.prin.9.ſect. 2.n.16.& ſeqq.Iul.Clar.lib.4.ſent.quæſt.88.n.1.Gar.d.tract. c.12.nu.85.* Diſſen. *Molin.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.1.gloſ.5.n.75.77.Ar.Pinel.ad l.2.part.2.c.3.n.9.G.de reſcind.vend. Menoch.Remed.15.recuper.poſſ.nu.503.Fach.lib.7.controv.90.Sonsbec.dubitat.d.part.15. feud.n.72.* At ſi illa augmenta & impenſæ ſunt ſeparabiles, ſalvâq; feudi ſubſtantiâ divelli poſſunt, non amittuntur, *arg.d.c.1.§.ècontrario,ibi.Iſern.nu.19. & Schenck Baro n.1.5.& Roſenth.d.lo.Garſ.d.c.22.nu.4.6.* Neceſſarię impenſæ & meliorationes in feudo, poſt culpam, ex quâ feudum auferri poſtea contingit, commiſſam, factæ à vaſallo ejuſq; herede retinentur, *arg.l.domum 5.C.de rei vind.Garſ.c.2. Pinell. in d.l.2.part.2.c.3.n.1.C.de reſcind.vend.Roſenth.d.c.10.concluſ.43.n.12.* d) Qui electionem habent, utrum pretium meliorationum ſolvere vel pati eas auferri velint, *arg.d.c.1.§.ſi vaſallus.Hîc finitur lex,2.F.28.& ibid.Schenck Baro nu.2. Dn. Vult. d.c.11.n.113.Mozz.de natural.feud.n.131.Rittershuſ.d.part.2.c.6.q.38.Roſenth.d. concluſ.*



43.n.

43.n.144.Schrader.part.2.part.prin.9.ſect.2.nu.92.limit.17.Iul.Clar.lib.4.ſent.quæſt.88. Hartm.Piſt.d.quæſt.42.n.4.& ſeqq. Niſi impenſæ ſint neceſſariæ, Piſt.d.quæſt.42.nu.7.16.Schrad.d.ſect.2.n.95.verſ.tertiò hæc limitatio, quæ ſemper deducuntur, etiam à malæ fidei poſſeſſore, arg.l.domum 5.C.de rei vind.l.ſi à domino 36.§.fin.ff. de petit. hered. Garſ.d.tract.c.2.n.1.c.7.nu.21. vel utiles ita, ut eas quilibet ſolers & diligens paterfam. eſſet facturus, dominoq; expediant, arg. l. in fundo 38.ff.de rei vind. Menoch. Remed.15.recuper poſſ.n.532.Roſenth.d.concl.43.n.105.154.Garſ.d.tr.c.1.n.25.30. vel illæ utiles impenſæ ſuâ naturâ ſunt inſeparabiles, & intrinſecæ, ſive internæ, vel ſublatæ nullius uſus ampliùs forent, ut ſunt ſervitutes per vaſallum feudo acquiſitæ; item arbores fructiferæ plantatæ, vineæ, aggeres, foſſæ, exboſcationes, ut barbarè vocant, id eſt: redactiones ad culturam locorum incultorum in exſtirpando dumeta, ſtirpes, ſylvas: In außrottung vngeſchlachter Hecken/ Heiden vnd Sträuche/ & novalia faciendo, & ita Interpretes communiter ſtatuunt in d. c. 1. §. ſi vaſallus. Hic finitur lex, & c.1.§.è contrario, de inveſtitur.de re al.fa.2.F. 8. Mozz. de natural.feudorum, num.136. Hart.Piſt.d.quæſt.42.n.9.& 25.Roſenth.d.concl.43.n.57.157.Schrad.d.part.2.part.princ.9.ſect.2.n.95.verſ.nonò, hæc fallentia, Petr.Gregor.Tholoſ.in ſyntag.jur.lib.26.c.21.nu.5. Garſ.d.tr.c.22.n.17. Diſſ. Paris de Put.de feud.redintegr.c.12.nu.1.2.3.Neguſant.in tract. de pignor.membr.4.p.5.prin.n.11.Curt.jun.conſ.144. Vel ſi fundum feudalem dominus brevi eſt venditurus, arg. l. in fundo 38. l. niſi venalem 29. ff.de rei vindic. Menoch.Remed.15.recup.poſſ.n.533.Hart.Piſt.d.q.42.n.8.Roſenth.d.concl.43.n.106. & 155. In voluptuariis impenſis videtur domino, vel agnato, plena electio (niſi vel brevi feudum apertum diſtrahere velit, vel ipſe eas impenſas facturus fuiſſet, arg. d. l. in fundo, ibi: picturas, ubi gl. & Dd.ff.de rei vind. Menoch.lib.2.arb.quæſt.cent.3.caſ.258.nu.76.77. aut ipſius mandato factæ ſint, Schrad.d.p.2.part prin.9.ſect.2.nu.75. Caſtrenſ.conſ.270.nu.3.part.2. & ſine læſione prioris ſtatus rei detrahi & abradi poſſint) omninò permittenda, per l.pro voluptariis 9.ff.de impenſ.in res dot.fact. Menoch.d.Remed.15.recup.poſſ.n.530.& ſeqq.Hart.Piſt.d.quæſt.42.n.26.Schrad.d.ſect.2.nu.75.& ſeq. Roſenth.d.concl.43.n.104. & ſeqq. aliâs voluptuariæ impenſæ intrinſecæ & inſeparabiles ſi ſint, ita ut ſine fundi deterioratione tolli non poſſint, non deducuntur, nec repetuntur. Non tamen permittendum domino, ut quarundam impenſarum æſtimationem ſolvat, quaſdam verò tolli jubeat, ſi videlicet ſunt in connexo, puta: domo, ædificio, agro, &c. arg.l.cum quæritur 16.ff.de adminiſtr. tutor.l.ſi ita ſtipulatio, in fi.39.ff.de verb. obl. l.nam abſurdum 7.ff.de oper.libert.Tiraquel.de retract. convent.in fin.n.4.& ſeqq.Schrad.d.ſect.2.part.2.part.princ.9.n.98. Electionem etiam ſemel factam, & ab herede vaſalli acceptatam, dominus mutare & ad alteram redire viam non poteſt, Bart.ad l.eum qui certarum, ff.de verb.oblig. Roſenth. d. concluſ.43.n.162.& ſeq.vide Schrad.d.p.2.part.prin.9.ſect.2.n.99. Res tamen illa propter varias negotiorum qualitates & circumſtantias boni & prudentis judicis arbitrio, qui normam æquitatis præ oculis habeat, & neutrius malitiis indulgeat, ut decidatur, cenſemus, quia text.d.c.1.§.ſi vaſallus. Hîc fin. lex, 2. F. 28. indefinitè domino optionem largitur, omnesq; caſus non ſatis dilucidè & perſpicuè decidit, & in Jur.Civ. materiis talia boni judicis arbitrio permittuntur, arg.d.l.in fundo 38.ff.de rei vind.l.ſi ſervos 25.ff.de pignor.act.Carol.Molin.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.1.gloſ.5.n.98. Hart.Piſt.d.quæſt.42.n.10.14.& ſeqq.Garſ.d.tract.c.1.n.27.Menoch.2.arb.quæſt.caſ.258. Zach.lib.7.controv.jur.65.Roſenth.d.c.10.concl.43.n.143.& ſeq. ubi vide diſſentientes

inter-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369430-p0014-1

interpretes. c) Sive meliorationes iſtæ ſint factæ duntaxat ſumptibus & impenſis, ſive etiam operâ & induſtriâ vaſalli, Dd. communiter ad c. 1. extr. de reſtitut. in integr. Roſenth. d. concl. 43. n. 39. in fin. Hart. Piſt. d. quæſt. 42. n. 26. verſ. ſextò doctrina iſta, Dn. Vult. d. c. 11. n. 113. in fin. Ar. Pinell. in repet. l. 2. part. 2. c. 3. n. 4. C. de reſcind. vend. Schrad. d. part. 2. p. prin. 9. ſect. 2. n. 35. Non tamen onerandus eſt dominus impenſis, ita ut ob illarum magnitudinum feudum relinquere cogatur, arg. l. Titius heres 48. ff. de action. empt. & vend. d. l. ſi ſervos 25. ff. de pignor. act. l. ſed an ultrò 10. §. 1. ff. de negot. geſt. Garſ. d. tract. c. 1. n. 30. 31. Hart. Piſt. d. quæſt. 42. n. 5. 6. Ar. Pinell. d. l. 2. p. 2. c. 3. nu. 5. C. de reſcind. vend. Tiraquel. de retract. convent. §. 7. n. 5. Domino autem impenſas eſſe oneroſas aſſerenti incumbit probatio, Roſenth. d. concl. 43. n. 102. Schrad. d. p. 2. part. prin. 9. ſect. 2. n. 89. judicisq; arbitrio, quæ impenſæ dicantur oneroſæ, quæ neceſſariæ, quæ utiles, &c. relinquitur, arg. d. l. in fundo 38. d. l. ſi ſervos 25. Neguſant. de pignor. membr. 3. part. 7. prin. n. 18. Menoch. lib. 2. arb. quæſt. caſ. 127. & 158. & d. Remed. 15. recuper. poſſ. n. 565. Ar. Pinell. in l. 1. part. 2. n. 72. C. de bon. matern. Schrad. d. part. 2. p. prin. 9. ſect. 2. n. 91. Roſenth. d. concl. 43. n. 102. & ſeq. Quæ verò ex natura rei abſq; facto hominis, veluti per alluvionem & ſubitum fluminis impetum, feudo ita uniuntur ut diſcerni non poſſint, unâ cum ipſo ad eum, cui aperitur, ſive dominus ſit, ſive vaſallus, devolvuntur & tranſeunt, Hart. Piſt. d. quæſt. 42. n. 47. & ſeqq. Roſenth. c. 10. concl. 43. n. 18. & ſeqq. Idemq; dicendum de iis, quæ præſcriptione ex titulo & cauſa rei feudalis originem ducente, feudo adjiciuntur, Schrad. d. ſect. 2. n. 6. 7. Hartm. Piſt. d. quæſt. 42. n. 52. Roſenth. c. 10. concl. 44. n. 6. 7. Fach. lib. 7. controv. jur. 88. Diſſ. Bald. in c. rurſus, n. 6. de controv. inveſt. 1. F. 4. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. partis prin. quæſt. 12. prin. q. 5. n. 14. Sed in dubium hîc vocatur, annè incrementum illud naturale, de quo paulò antè, domino ſtatim inde uſq; ab initio, excluſo vaſallo, acquiratur? Quidam interpretes diſtinguunt inter incrementum latens & apparens, ut vaſallus illud tantum habeat, hoc verò dominus, Alvarot. in c. 1. §. ſi quis de manſo. ſi de inveſtit. controv. fuer. 1. F. 4. Ruin. conſ. 7. n. 12. lib. 12. Alii rectiùs contra cenſent ad vaſallum pertinere utrumq; incrementum cum qualitate feudali, Schenck Baro ad d. c. 1. §. ſi quis de manſo. nu. 5. Iul. Clar. lib. 4. ſent. quæſt. 88. niſi dominus aliquid in curte retinuerit, vel alia pacta de incrementis naturalibus inter eundem & vaſallum fuerint inita, Roſent. c. 10. concl. 44. n. 22. & ſeqq. Zaſ. part. 6. n. 47. & ſeqq. Schneid. part. 4. feud. n. 81. caſ. 5. Sonsbec. part. 15. feud. n. 64. & ſeq. Iſern. ad d. §. ſi quis de manſo. nu. 12. Cujac. ad d. c. 1. §. ſi quis de manſo. Garſ. d. tract. c. 22. n. 40. Diſſ. Belviſo ad d. c. 1. §. ſi quis de manſo. in fin. ad verſ. ad ſolutionem contrariorum. f) Ut eſt filia, Roſenth. c. 7. concl. 54. n. 1. & c. 10. concl. 43. n. 36. Garzon. in tract. de fœmin. ad feud. recipien. vel non, verſ. vigeſimoſeptimò reſtringitur, n. 146. Intrigliol. in ſuâ cent. feud. quæſt. 59. nu. 5. Schrad. d. ſect. 2. nu. 51. ampliat. 24. vel alius heres, gloſ. ad d. c. 1. §. ſi vaſallus, in verb. ſolvat pretium, & ibid. Iſern. n. 9. Balzeran. n. 5. Hîc fin. lex, 2. F. 28. & latiſſimè Schrad. in d. ſect. 2. n. 10. & ſeqq. concl. 7. præſertim 10. ampliat. n. 30. Quibus adde creditorem, Intrigliol. d. quæſt. 59. n. 7. Hart. Piſt. d. quæſt. 42. n. 23. Neguſant. d. tract. de pignor. 4. membr. 5. part. princ. n. 23. Et quidem, ſive dominus ſit, ſive agnatus, ſive alius feudi ſucceſſor, ad quem feudum apertum & amiſſum devolvitur, ad impenſarum reſtitutionem, pro illarum conditione & qualitate, heredibus vaſalli allodialibus obligatus eſt, Dn. Vult. lib. 1. feud. c. 11. n. 113. Hart. Piſt. d. q. 42. n. 22. Schrad. d. ſect. 2. nu. 47. ampliat. 19. Roſenth. d. concl. 43. n. 36. 37. g) Nec compenſantur impenſæ cum fructibus

à vaſallo perceptis. gloſ. ad l. emptor 65. verb. ſuperfluum, ff. de rei vind. Bald. ad l. domos hereditarias 58. ff. de legat. 1. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 1. gl. 5. n. 78. Hart. Piſt. d. quæſt. 42. n. 20. Garſ. d. tract. c. 23. n. 57. 58. Ar. Pinell. in l. 2. par. 2. c. 4. n. 62. C. de reſcind. vend. Si tamen exiguæ ſint, arg. l. omninò 12. ff. de impenſ. in res dot. fact. aut fructuum collectorum gratia factæ, non deducuntur, arg. l. 7. § fin. & ibi. Zaſ. n. 7. ff. ſolut. matr. niſi perpetuam fundi utilitatem hæ reſpiciant, Bart. ad l. impenſæ, n. 4. ff. de impenſ. in res dotal. fact. Intrigl. in ſuâ cent. feudal. quæſt. 59. n. 11. 12. Schra. d. ſect. 2. n. 25. 71. limit. 10. verſ. idem eſt in illis, & n. 105. limit. 21. & n. 143. concl. 8. & n. 144. gl. ad c. 1. §. ſi vaſallus, in verb. aliquod ædificium fecerit, & ibid. Iſern. nu. 17. Schenck Baro n. 5. Hîc fin. lex, 2. F. 28. Dn. Vult. d. c. 11. n. 113. in fine, Roſenth. c. 10. concl. 43. n. 58. 59. 60. & multis ſeqq. Deducuntur etiam impenſæ & meliorationes intrinſecæ & induſtriales, veluti ſi vaſallus ædificium novum, ut ſunt ædes, ſtabula, molendinum, ædificaverit, tex. expreſſ. in c. 1. §. ſi vaſallus, & ibid. Iſern. n. 17. Schenck Baro in prin. & n. 4. 5. Hîc finitur lex, 2. F. 28. Sonſbec. part. 15. feud. nu. 71. Schneid. part. 5. feud. n. 81. verſ. 4. aliquando, Schrad. d. part. 2. part. princ. 9. ſect. 2. nu. 21. ampliat. 1. Ar. Pinell. in l. 2. part. 2. c. 3. nu. 9. C. de reſcind. vend. vel ſtagna, piſcinas, muros, &c. fecerit, Intrigl. d. quæſt. 59. nu. 1. Schenck Baro in d. lo. Schrad. part. 2. p. prin. 9. ſect. 2. ampl. 1. & part. 2. part. 9. & ampli. 3. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 74. Diſſ. Io. Garſ. in d. tract. c. 12. nu. fin. & Jus Saxonicum, quoad ædificia in re feudali extructa, ea enim abſq; refuſione impenſarum domino attribuit, text. art. 21. ibi: wirdt es aber frey vnd ledig ſeinem Herrn/ lib. 2. Specul. Saxo. & conſtit. 31. part. 3. conſtit. Electoral. in cæteris jus commune in foro Saxon. obſervari, teſtatur Hart. Piſt. d. quæſt. 42. num. 36. & ſeqq. Unde & impenſę in extruendo fortalitio, puta: arce, caſtro, vallo, aut aliâ munitione, in feudo factæ, neceſſariò & utiliter, etiam in reficiendo & conſervando, vaſallo & hujus heredi allodiali refunduntur, Roſenth. d. c. 10. concl. 43. n. 67. Menoch. Remed. 11. n. 18 Ruin. conſ. 100. in fin. lib. 4. Diſſ. Iaſ. in l. ſi non ſortem 26. §. ſi centum 4. in fi. verſ. adverte tamen, ff. de condict. indebiti. etiam caſtro, vel arce, ab hoſtibus ſine dolo & culpâ, puta: in impenſis pro illius caſtri, arcis, fortalitii, faciendis negligentiâ, &c. vaſalli, occupato, pro illius recuperatione ab hoſtibus factæ impenſæ feudo finito, ſi ſint magnæ, & neceſſariò ac utiliter factæ, vaſallo & hujus heredi ſunt reſtituendæ, Roſenth. d. c. 10. concl. 43. n. 73. Schrad. part. feud. 2. part prin. 9. ſect. 2. n. 21. 22. 23. Tiraq. in tract. de utroq; retract. §. 15. gl. 1. nu. 25. Quid ſi ædes utiliter & neceſſariò extructæ vel refectæ abſque culpâ vaſalli incendio, aliòve modo & caſu fortuito, perierint? Sumptus & impenſę nihilominus ad vaſallum & ejus heredes pertinent, arg. l. & in totum 4. ff. de impenſ. in res dotal. fact. l. ſi neceſſarias 8. ff. de pignorat. actio. l. planè 38. ff. de heredit. petit. Bart. ad l. in fundo 38. n. 8. ff. de rei vind. Tiraq. d. retract. convent. §. 1. gl. 1. n. 10. Menoch. Remed. 15. de recuper. poſſeſſ. n. 511. 512. Schrad. tract. de feud. part. 2. part. princ. 9. ſect. 2. n. 27. ampliat. 8. niſi poſtquam hæc melioramenta periêre quodam fortuito caſu, tanto tempore apud vaſallum remanſerit feudum, ut etiam interveniente illo caſu, ultra non fuiſſent duratura, tunc illorum æſtimatio non debetur. In lite vaſallo abſq; ejus culpâ de feudo motâ, circa impenſarum reſtitutionem diſtinguimus: Quod lis aut ſolius vaſalli utilitatem tangit & concernit, quo in caſu nihil impenſarum refunditur, aut perpetuam feudi (puta: domini vel agnatorum) utilitatem reſpicit: tunc illę, modò revera magnæ & graves fuerint, quod ab arbitrio boni judicis dependet ad vaſallũ & hujus heredẽ pertinent, arg. l. uſufructu legato. 7. §. hactenus 2. ff. de uſufr.

cenſe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369430-p0016-2

cenſemus, Roſ.d.c.10.concl.43.n.75.Ar.Pinel.ad l.1.p.2.n.68. & ſeqq. C.de bon.mat.Gozad.conſ.94.n.37.Gomez.d.contract.2.c.15.n.7.verſ.ex quo deducitur, vide etiam Schrad.d.p.2.p.prin.9.ſect.2. nu.54. Refundendæ quoq; ſunt impenſæ in ſationem agri feudalis expoſitæ, vel aliâs fructuum parandorum gratia factæ, quando ſcilicet fructus ſati & culti, &c. domino aut agnato acquiruntur, quod in caſu ſi vaſallus in menſe Decembr. vel Januario, &c. cùm fructus hyberni jam ſint ſati, & agri prædii feudalis culti, &c. moriatur, contingere videmus, Schenck Baro ad d.c.1.§.his conſequenter. Hîc finitur lex, 2.F.28. & arg.l.fructus 7.ff.ſolut.matrim.l.fructus qui dotis, in prin.51.ff.famil.erciſc.Sonſbec.part.feud.10.n.12. Molin.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§. 8. gl. 1. n.13.Cavalcan.de uſufruct.mulier.n.246.Hart.Piſt.lib.1.quæſt.24.nu.72.Coler.de proceſſ.execut.part.2.c.3.nu.300.Schrad.part.7.c.3.nu.14. & part.2.part.prin.9.ſect.2.nu.145.& ſect.3.n.75.Roſenth.d.c.10.quæſt.42.n.66. Niſi inter dominum & vaſallum convenerit, ut feudo finito impenſæ & meliorationes factæ refundi & deduci non debeant, arg.l.1.§.ſi conveniat, ff.depoſiti, l.contractus 23.ubi Petr.Fab.nu.132.ff.de reg.jur. Præpoſ.ad d.c.1.§.ſi vaſallus, verſ.niſi ex pacto. Hîc finitur lex, Schrad.d.part.2.part.princ.9.ſect.2.n.62.limitat.5.& n.65.Menoch.Remed.15.de recuper.poſſeſſ.n.504.vide etiam Pinell.ad l.2.part.2.c.3.n.10.C.de reſcind.vend.Garſ.d.tract.de expenſ.c.6.n.12. Vel ne ultra certum & deſignatum modum, vel ut nullas, faciat, quod tamen pactum ad inſolitos caſus, & detrimenta, niſi faceret majores neceſſariò impenſas & ſumptus vaſallus, non extendimus, arg. l. quæ fortuitis 6. C. de pignor. act.Petr.Fab.ad d.l.contractus 23.n.5.ff.de reg.jur.Roſenth.d.c.10.concl.43.n. 79.& ſeqq. Non excludimus etiã vaſallum ab impenſarũ repetitione, ſi in pacto vel inveſtiturâ dicatur: ut vaſallus has vel illas faciat meliorationes, vel feudum dari ad meliorandum, niſi aliunde aliud appareat, arg.l. dominus horreorum 55. §. 1. ff. locati, & interpretes ad l. ſi ſortem 26.§.libertus, ff.de condictio.indeb.Roſenth.d.concl.43.n.84.Pinell.ad l.2.part.2.c.3.n. 10. C.de reſcind.vend.Schrad.part.2.part.princ.9.ſect.2.nu.71.in fin. Diſſ. Matth. de Afflict. ad d.c.1.§.ſi vaſallus, n.6. Hic finitur lex, Valent.Förſt.de ſucceſſ.ab inteſtato, lib.3.c.20.nu.12. Moledina, agri, vineæ, prata, aliáve bona allodialia, ex deſtinatione vaſalli patrisfamil. prædio feudali conjuncta, non efficiuntur feudalia, ut cum feudo finito ad ſucceſſorem feudi devolvantur, arg.l.qui fundum 7.§.ſi fundum, ff.de uſucap.pro emptore, niſi actu quodam ſufficiente illa bona in feudalia tranſmutata ſint, Iacob.de S.Georg.in §.dictiq; vaſalli, verb.ſubſequenter quæro, n.6.Hart.Piſt.d.quæſt. 42.n.40.& ſeqq. Roſenth.d.concl.43.n.28.& ſeqq.Schrad.d.part.2.part.princ.9.ſect.9.nu.8.& ſeqq. Juriſdictio item à vaſallo in agris caſtri, quos cum illo abſq; ea in feudum tenebat, ſuo jure & induſtria, non ex titulo feudali, acquiſita, tanquam melioratio extrinſeca, ad heredes vaſalli allodiales tranſmittitur, Schenck Baro in c. 1. §.è contrario, nu.4.de inveſt.de re alien. fa. 2.F.8.Iul.Clar.lib.4.ſent.quæſt.88.Garſ.d.tract.c.22.n. 7. 8.Hart. Piſt.d.quæſt.42.nu.42.& ſeq.Mozz.de natur.feud.nu.134.Schrad part.2.part.princ.9.ſect.2.nu.11.& ſeqq.Fach.lib.7.controv. jur. 89. Rittershuſ. 2.part.feud.c.6.quæſt.38.Intrigl.in cent.feud.quæſt.59.n.3.4. Diſſ. Laudenſ.nu. 9. Præpoſ.n.2.in c.1.§ è contrario, de inveſt. de re alien. fact. Sumptus & impenſæ, quibus auri, argenti, ferri, plumbi, orchalci, fodinæ antiquæ in feudali prædio melioratę vel reſtitutę ſunt, facta feudi devolutione, deducuntur, arg.l.ſi fundus 8.ff.ſolut.matrim.& c.1. §. è contrario, de inveſtit.de re alien.fact. 2.F.8.& c.1.§.ſi vaſallus. Hic finitur lex, 2. F. 28. Sed ſi vaſallus novas fodinas metalli cujuſdam ſuâ induſtriâ, labore ac ſumptibus,

abſq; diſpendio ſuperficiei in fundo feudali aperuerit & inſtituerit an etiã tunc
impenſæ deducantur, magna inter Interpretes diſceptatio eſt. Arbitror: ſi ſunt
perpetuæ, impenſas recuperari, *arg. l. fin. ff. de fund. dotal. l. æquiſſimum 13. §. inde eſt
quæſitum, ff. de uſufruct. Garſ. d. tract. c. 22. nu. 47. Roſenth. c. 5. concl.* 91. Diſſen. *Petr. Heig.
part. 1. illuſtr. quæſt.* 13. metallorum fodinas pleno jure principi loci, tanquam re-
galia attribuens, ſed *Dn. Vult. lib. 1. feud. c. 5. n. 7. Iacob. de S. Georg. in §. cum argentifodi-
nis, Schneid. par. 2. feud. n. 104. Ægid. Boſſ. de metall. n. 3. 11. 13. Mozz. de natural. feudorum.
n.* 34. quoad decimam metallorum in fundo privato inventorum, tanquam rega-
le, principibus & dominis largiuntur, vaſallo verò, utilitatem & fructum reli-
quum permittunt, quorum ſententiam veram aſſerunt *Iſern. & Afflict. in c. unic.
verb. argentariæ, n. 6. de regalib. 2. F. 56.* Æſtimatio qualis ſit inſtituenda in impenſis,
nõ ſatis dilucidè Jus feudale decidit, *in d c.. 1. §. ſi vaſallus, Hîc finitur lex, 2. F. 28.* neq;
interpretes hâc in re conſentiunt, *ut videre licet apud Hart. Piſt. in d. quæſt. 42. n. 11. &
ſeqq. Schrad. part. 2. part. princ. 9 ſect. 2. n. 93. Menoch. Remed. 15. recuper. poſſ. n. 557. Gail. 2.
obſer. 121. nu. 12. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 97. Neguſant. d. tract. de pignor. &
hyp. part. 5. membr. 4. n. 15. Boër. deciſ. 44. Tiraquell. de retract. convent. §. 7. nu. 8. Garſ. d. tr.
c. ult. Anton. Teſſaur. deciſ. 151. Roſenth. c. 10. concl. 43. nu. 144. & ſeqq. Didac. Covar. lib. 1.
variar. reſolut. c. 8. n. 3. verſ. cæterum.* Pendere igitur eam puto, ab arbitrio boni judi-
cis, & æquitatem non captioſam amantis, cum & ipſi antiqui JCti tàm dubia cir-
cumſpecti judicis arbitrio commiſerint, *arg. l. in fundo, 38. ff. de rei vind. & d. l domos
hereditarias 58. ff. de legat.* 1. ut inſpectis variis circumſtantiis perſonarum, rerum,
temporum, &c. conſideratâ quoq; deteritione, ſi qua in aliâ feudi parte facta, o-
mnibusq; æqua lance diligenter expenſis, quantò melior & pretioſior res feu-
dalis facta ſit, cognoſcat & definiat. Probatio tamen vaſallo ejusque heredibus
impenſarum & meliorationum, quia non præſumuntur, incumbit. *Intrigl. d. cent.
feud. quæſt. 59. n fin. Schrad. d. p. 2. p. princ. 9. ſect. 2 nu. 60. reſtrict.* 2. & quia memoriæ fra-
gilitas & temporis diuturnitas facillimas etiam probationes difficillimas effi-
ciunt, curare poteſt vaſallus, ut ad rei memoriam cuſtodiendam etiam antequã
feudum ad dominum devolutum ſit, probatio ſuſcipiatur, *Roſenth. c. 10. concl. 43. n.*
171. *Pinell. ad l. 1. p. 3. n. 78. C. de bon. matern. Mynſing. cent. 4. obſerv. 72. Wurmbſ. lib. 1. ob-
ſerv. pract. tit. 18. n. 3. Gail. lib. 1. obſerv. 93. n. 8. Hartm. Hart. in obſerv. pract. tit. 15. obſerv.*
11. *lib.* 1. At ſi non poſſit probari quantæ impenſæ ſint factæ, ſed benè valor & æſti-
matio ipſius ædificii, vel meliorationis, puta, per teſtes iſtius rei peritos, *arg. Nov.
7. c. 3. §. ſcire autem, Schrad. d. ſect. 2. nu. 60. verſ. cæterùm quomodo, & cum §. cum ſeq.* vel
per ocularem inſpectionem judicis, *Roſenth. c. 10. concl. 43. nu.* 171. vel electorum æ-
ſtimatorum, *arg. l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt. Menoch. Remed. 5. adipiſc.
poſſ. nu. 160. & ſeqq.* quantum veriſimiliter & probabiliter ſit impenſum judex va-
ſallo ejusq; heredi ut reſtituatur, decidet & arbitrabitur, *Roſenth. d. lo.* h)
5. Duplici potiſſimùm remedio impenſæ & meliorationes repetuntur à vaſallo
ejusq; heredibus. Primum eſt jus retentionis, quo poſſunt uti vaſallus ejusq; he-
redes, & feudo incumbere, & ſe adverſus quemvis, etiam extraneum tueri exce-
ptione doli, *arg. l. ſi in area 33. ff. de condict. indeb. l. Paulus 14. ff. de except. doli, Dn. Vult.
lib. 1 feud. c. 11. n. 113. Ritterſhuſ. d. c. 6. q. 38. Schrad. d. ſect. 2. n. 49. Garſ. d. tract. c. 7. n. 1. &
ſeq. Hart. Piſt. 2. quæſt. 42. n. 30. & ſeq. Roſenth. d. concluſ. 43. n.* 116. 117. donec impenſæ
reddantur & ſolvantur, *Schenck Baro ad c. 1. §. ſi vaſallus, nu. 3. Hîc finitur lex, 2. F. 28.*

*Intrigl.*

Intrigl.d.q. 59.n.15.Diſſ. *Gomez. in l.qui exceptionem* 40. §. 1.*ff.de condict. indeb.* etiam propter meliorationes & impenſas illiquidas, niſi dominus aut agnatus ſatiſdationem offerat, de iis refundendis, ubi liquidatæ fuerint], *Hartman. Piſt.d.quæſt.* 42.*nu.*32.33.*Fachin.lib.*7.*controverſ.jur.*91. *Roſenth. d.concluſ.*43.*nu.*220.*cum ſeqq.ubi latiſſimè hoc declarat.*Diſſen. *Tiraquell.de retract.convent.*§.7.*gloſ.* 1.*nu.* 13.*Menoch.de recuper.poſſeſſ.Remed.*15.*n.*568.*& ſeq.*Alterum eſt condictio incerti, vel ex moribus, qua impenſas & meliorationes, feudo reſtituto, nondum reſarcitas vaſallus heredesq; ejus repetunt & condicunt, *Hartman.Piſt.d.quæſt.*42.*n*.35.*Schrader.d.ſect.* 2.*nu.*34.*Roſenth.d.concluſ.*43.*nu.*112.*& ſeqq.Garſ.d.tract.c.*7.Conceditur etiam eo nomine actio negotiorum geſtorum, *arg.l.ſi pupilli tui* 6.§.*ſed et ſi quis* 3.*ff.de neg. geſt.Hottoman.d.c.*1.§.*ſi vaſallus.Hic finitur lex,Roſenth.c.*10. *concl.*43.*n.*114.115.

F I N I S.

F I N I S.

Nihil tam natur. e. quam unumquodque eo genere dissolvi, quo colligatum e.
l. nihil tam natur. ff. de R. I. Refertur a. haec regula ad similitudinem
et formae, quam unumquodque contractum et actum e. veluti q. re colli-
gatum e., re quoque debet dissolvi; p. consensum, dissensu similiter firmiter
p. literas p. literas itidem tollitur; d. nimirum, v. origine eadem
hoc jus prodire oportet: Alioq. mors hominis a Deo promanaret
et a Deo esset creata, q. et homo, hominisq. vita ab eo creabatur;
et aedificium ab architecto confectum non posset a rusticis vel militi-
bus destrui: alioquin et solutio omnis non esset j. G. sed j. C., qua
omnem omnino obligationem tollit. l. fin. l. ff. de pact. et temp. act.
Goedd. in tr. de contrah. stip. c. 2. n. 35.
Gribald. Mops. in lib. 1. de meth. atq. rat. stud. c. 6.
d. regulam ita limitat, ut ea in his, q. ab unius tm voluntate
dependent locum non habere intelligamus. p. l. mostram. C. d.
testam.

Specierum diversitas generis communionem non tollit. Dn. Gotsf.
Ant. disp. 3. Antivult. th. 104. ex Fab. 19. coniect. 20.

N. Ad omnem actum perficiendum duo conjunctim requiruntur; Voluntas et ptas;
Vel, uti inquit Artes, ex potestate et voluntate actus humani perfectionem
accipiunt. Fach. 4. contro. 15. et 1. contr. 63. Conjunctim dixi. Nam non
omnia quae homo vult, vel quae potest tm, non vult, in actum producuntur; sed ea
tm, quae et vult, et pt. In Deo tm secus se res habere videtur: Nam
a voluntate quidem eius ad potentiam (Est n. omnipotens.) necessa-
rium procedere videtur argum.; non vero a potentia ad voluntatem
Nam q. Deus non vult, (qualia sunt peccata et mala omnia) ea nec
potest credendus pp. arctissimam voluntatis et potentiae in Deo
unionem. Consule Theologos.

Saepe aliquid in foro externo justum reputatur, quod in foro
interno seu conscientia locum non habet. c. ult. 17. q. 4.
Confer Fach. 4. contr. 5.

Quod si casus aliquis jure feudali non sit decisus, recurrere
possumus ad ius civile. 2. F. 1. in fine. Alias n. casus iure
feudali decisi non e. petenda decisio ex j. civ. et contra
Dd. in d. textu.

Multa permittuntur in consequentia, quae principaliter non permittuntur. arg. l. 2. ff. de auct. tut.

Quod contra bonos mores est jurejurando confirmari nequit. l. ult. C. de pact.

Quaecunque utiliter constituta sunt, resolvuntur, si in eum casum inciderint, a quo non potuissent consistere. l. 98. in fin. pr. ff. de V. O. "l. 11. ff. de servit." Fallit haec regula in legatis et ult. voluntatibus. Confer §. 14. ff. de leg. Verificatur tamen regulariter in contractibus. Veratur d. regula, in reb. coeptis, non tum perfectis, ad res perfectas neque vero extenditur.

N. Veterum appellatio in jure nostro veniunt, Manilius, Brutus, Sabinus, Labeo. Confer l. 2. ff. de orig. jur.

Juris est regulae adhaerere, quam controversam et dubiam exceptionem adversariam admittere. l. 1. §. sed si sciente. ff. de exerc. act. l. non aliter. 69. pr. ff. de leg. 3. l. 8. §. si debitori. quibus modis pign. solv.

Cuilibet artifici in sua arte credendum. arg. l. 12. ff. de stat. hom. quatenus autem et quando huic regulae locus, vide apud Mynsing. 6. observ. 34. et Gaill. 2. obs. 111. n. 7. et 8.

Contrariorum eadem est ratio. l. 1. de his qui sunt sui vel alieni jur. sc. respectu cognitionis. Uno enim eorum cognito cognoscitur et aliud; non autem respectu effectus quia ex contrariis oriuntur contraria. Sicut et contrariorum diversa est juris dispositio. Cum de uno affirmative disponatur, de altero negative. et positio unius sit exclusio alterius. l. hac verba. ff. V. S. Schneid. ad pr. I. de his qui sunt sui vel al. jur. n. 3. et ad §. illud expedit. de societ.

Particula, ac sive et, in jure nostro est positiva, arg. pr. I. de libert. ibi; manu et potestati. Harpr. ad §. 1. n. 3. I. de tutel.

(N. Quoties in jure ex consuetudine lex esse dicitur, uti fit in l. 1. C. ne fidej. dot. dent. ; toties per legem pactum generale intelligitur per l. 1. C. de pact. convent. tam super dot. l. lege. 10. C. de pact. Nec enim per consuetudinem lex (proprie sic dicta) fertur l. de quibus. ff. de LL. §. lex. §. fin. I. de j. N. G. et C. Dn. Gord. de contrab. stip. c. 6. n. 380.)

Non est videri datum id quod non est acceptum. Obr. disp. feud. 1. th. 147.

Relativum (cui) non semper restrictive ponitur, sed interdum et declarative. Myns. ad §. jus a. n. 1. de j. N. G. et C. Gotz. A. disp. Ant. Vult. 3. th. 99.

Inter duo haec extrema (Proprie et improprie) media sunt: non proprie et non improprie. Raudens. in tr. de analog. lib. 1. c. 6. n. 5., et ab eo alleg. Marc. Aquilin. Neapol. in l. 2. n. 5. ff. V. O. quos secutus Dn. G. A. d. loc. th. 106.

(Dictio, Atque diversitatem rerum denotat, ut in l. 3. D. de j. et j. Obr. disp. ad l. 3. de j. et j. th. 50.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369430-p0022-5

& vice versa
(Disjuncta pro coniunctis accipi in iure frequens est. l. saepe. ff. de V. S. Donell. 23. com. 5. p. 12. Tum autem id fieri debet, cum sententia loci postulat. Donell. ad l. 3. n. 16. C. de edend.)

Unius inclusio est alterius exclusio, nisi exclusio eadem sit ratio, quae inclusi[onis]. l. 3. C. de. inst. & subst. l. mulier. ad SC. Trebell. Cravett. consil. 442. n. 18.

Cessante causa cessat Effectus. c. cum cessante. X. de. appellat. Intellige, si causa sit adhuc in fieri & operatur sua, non v. si semel suo sit functa officio, & opus inchoatum perfecit.

Majorem mentis quam verborum rationem haberi oportet, nisi ea honestati, verecundiae, pietati & utilitati publicae repugnet. Gord. ad l. 1. n. 66. ff. V. S.

Propter rigorem legis non cessat verborum proprietas. arg. l. 12. cum & a quib. man. Gord. d. loc. n. 53.

Lex declarans & distinguens semper praefertur non declaranti & non distinguenti. Sup. Gentil. de. iur. accresc. in prolegom. p. (mihi) 6.

Opinionibus duabus vel pluribus relatis, censetur approbata, quae loco ultimo posita. per notata in l. 4 . filium. §. Sabinus. ad SC. Trebell. Sed hoc in textibus feudalibus non semper procedere, sed potius iuris feudalis auctoribus in morem positum, ut opinionem reprobatam ultimo loco ponant, arg. text. in c. 1. de eo qui sibi vel hered. & c. 1. §. simpl. de cap. Corr. tradit Rist. 2. qst. 25. n. 30. quem refert Vult. 1. F. 7. n. 51.

Dd. multi substantiam contractus a natura eius distinguunt. Cum tamen natura contractus nihil sint aliud, quam accidentia. Vult. 1. F. 7. n. 55.

Implicativa dictionis, maxime, haec est natura ut explicando casum minus dubium implicet atque includat casum magis dubium. per l. fin. C. unde lib. l. 1. C. de. rese. vendit. Hart. Pist. 2. qst. 47. n. 10. Vult. 1. F. 7. n. 91.

Natura particulae, Vel, est ut ponat inter diversa quidem, eundem tamen effectum habentia. per l. 1. ff. de reo. dub. Vult. 1. F. 9. n. 40.

Qua, & multo magis plures specialitates circa eam eandem concurrere nequeunt. Vult. 1. F. 9. n. 44.

Circumstantia saepe faciunt, ut in casibus, qui sibi invicem ex omni parte similes videntur, contraria pronunciari videantur. Vult. 1. F. 9. n. 44. in fin.

Definitio quaedam est exemplaris. Talis est definitio mori inopi in l. 3. de. idol. Obr. tr. de. idol. c. 13. n. 20. & 24.

Per consequentiam concomitantiam seu ἐπακολούθημα quandoque adiungitur. Obr. d. loc. n. 21.

Unde ortum sit dictorium; Lotharius dixit iniquum & obtinuit equum: At Azo dixit equum, sed perdidit equum. Vide Obr. d. loc. c. 4. n. 7.

Capitales causae et dicuntur eae liberales, quae in iis est de capite civis Romani agitur. Obr. d. loc. c. 6. n. 30.

Q. An Christianus salva conscientia in judicio experiri possit? Negativam sententiam hisce videtur juvari; Quod malum non malo pensandum sit, sed et inimicis benefaciendum. Deinde quod Matth. 5. & Luc. 6. dicitur; Si quis judicio tecum contendere velit, quā abstulerit tua, noli repetere. Deinde judicium irritatio cordis et cogitationum malarum. Qui lites sequitur, ille non domat & in gyrum vanis ducit affectus. Rom. 7. ad Gal. 5. Christiani propter res temporales non debent inimicitias, iram, odia exercere. Ergo nec uti forensibus actionibus.

Sed hisce non obstantibus contraria sententia verior est:

1. Publica vindicta ē concessa a DEO. 1. Pet. 2. v. 14. ubi et magistratibus legis. Sic Exod. 23. v. 5. tradit DEus judicibus gladium, quo puniant sontes & protegant insontes. Jam potissima pars publicæ vindictæ vertitur in ordine judiciorum. Ergo Christianus licite hac ordinatione Dei utetur.

2. Quod DEO placet illud a peccato alienissimum ē. Atque DEO judicia legitime instituta ita placent, ut ipse et iis interesse velit. Psalm. 81. v. 1.

3. Deus ipse in V. T. judicia formavit & actionum formulas præscripsit. Quamvis n. illas leges nos non teneant; certum tamen ē non esse voluntati suæ contrarium quod in Repub. Israël. suo assensu comprobavit.

4. In ipso Decalogo fundantur judicia. Octavum n. præceptum agit de ferendo testimonio, quod ad forenses actiones pertinet. Vide Dn. Chemnit. p. 2. loc. theolog. p. 335. cum seqq.

Quod ad dictum Christi attinet, quo ablata repetere prohibet; sciendum ē Christum ibi non damnare forenses actiones, sed instruere apostolos ut quodcunque sors obtulerit æquo animo ferant. Apostoli n. falsam regni terrestris persuasionem sibi induerant, hanc ut illis eximat Christus multa de ipsorum calamitate prædicit; Hoc igitur vult, si forsan ipsis fiat injuria nec possint a magistratu impetrare defensionem, non tantum hoc patienter ferant, sed et ad majorem injuriam tolerandam parati sint, quam ut ab officio & professione sua discedant vel ex impatientia contra charitatis præcepta seditiose aliquid moveant.

Alia quæ objiciuntur taxant tantum judiciorum abusum. Propter quem non res ipsa culpanda ē, ut nec bellum propter prædam & alia scelera quorum in bello infinitus ē numerus. Vide hac de re Melch. Jun. in qst. polit. q. 80.

ff. [illegible] ff. d[e] [illegible]
[illegible] l. 8. C. [illegible]
l. 1. §. 6. C. d. [illegible] [illegible]
l. 2. ff. d. [illegible] libert. [illegible] legato libertatis [illegible] debitus [illegible] adit
hereditatis, [illegible] ex speciali [illegible] D. Marci. [illegible] casu [illegible] [illegible] aditae
[illegible] hereditati [illegible] caveri creditoribus [illegible] do.

Kc 3180a
/II

X2615513

W17 [illegible]



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369430-p0026-8

1,12

XII.

...niſſi, ejusq;

...S ET

...NCIPI-

...LFGANGO

JOHANNI

...ni, Ducibus

...ponhei-

...T.

...jectionis teſtimo-

...ULTISS.

...D. EXIMII,

...cademiâ Mar-

...oris ſui

...JCtorum.

...OLEN.

...cad.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-369430-p0027-4